

Johann Huswedel

**Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Huswedelius, Phil. pr. Prof. Ad Exequias Quas Matri desideratissimae Catharinae Schulten/ Moestissimus Filius Dn. Joachimus Schlorff hodie parat. Omnes Academiae Cives ... invitat : [P.P. Rostochii sub sigillo Rectoratus die 9. Ianuar. 1639]**

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774783265>


Druck Freier  Zugang




Huswedel, J.,  
in  
*Schultze*  
**C. Schulte,**  
viduam J. Schlorff.

Rostock, 1639.

35.







RECTOR

80.

Universitatis Rostochiensis,

JOHANNES HUS-  
WEDELIUS, Phil. pr. Prof.

AD EXEQUIAS

Quas

*Matri desideratissimæ*

CATHARINÆ  
SCHLORFF

*Mæstissimus Filius*

Dn. JOACHIMUS Schlorff

hodie parat.

*Omnes Academia Civēs in adē Divæ Mariæ*

*ad mediū horam primam officiosè*  
*invitat.*



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Acad: Typogr.

Anno M DC XXXIX.



**I**N muliere Philosophus lib. 1. Rhet.  
cap. 5. requirit virtutes animi & cor-  
poris. Hujus quidem κάλλος καὶ μέγεθος  
pulchritudinem ac dignitatem (ita e-  
nim potius interpretari hoc loco eam  
vocem licet) Animi vero σωφροσύνην καὶ φιλεργίαν ἀνευ  
ἀνομιῆς temperantiam, sive modestiam, sive ca-  
stitatem, & studium laboris, nimirum Oeconomi-  
ci, sine illiberalitate, sive lordibus avaritiæ. Si ma-  
trona piè defunctæ, cui hanc operam damus, vi-  
tam consideremus, non his tantum ea virtutibus,  
sed aliis quoq; ornata fuit, piæ & honestæ matronæ  
non minus convenientibus, quam quæ à Philoso-  
pho isti generi tribuuntur. Quod ut eo magis ap-  
pareat vitæ curriculum, quod à carceribus ad cal-  
cem ipsa decucurrit, inspiciemus, & hoc ita se ha-  
bere probabimus. Nata est CATHARINA  
Schulten hac ipsa in urbe Anno millesimo quin-  
gentesimo septuagesimo tertio, die decimo quarto  
Novembris. Pater ei fuit, JOACHIMUS Schulte/  
Vir honestissimus & civis primarius, qui curationi  
Sanct-Marianæ ædis aliquot annis integrè & lau-  
dabiliter præ fuit. Mater pietate & aliis virtutibus  
ornatissima KONIKA Dobbins/matrona hone-  
stissima

flissima. Avo nomē fuit **MATTHIAS Schulte**/qui  
& ipse fuit Vir honestus, & civis hujus Reip. prima-  
rius. Avia paterna **CATHARINA Weedigen**/Avus  
maternus **CONRADUS Dobbm** vir itidem, ut &  
civis primarius. Avia materna **AGNETA von**  
**Herwerden**. Qui cum omnes fuerint pietate, hone-  
state, & integritate suo quisq; tempore, partim  
nunc quoq; notissimi, & conjuges habuerint legi-  
timē sibi nūptas, ex familiis nunc quoq; florenti-  
bus, primam honesti ortus virtutē huic piē defun-  
ctæ matronæ tribuimus, ex quo semina cæterarum  
virtutum in se transmissa feliciter accepit: præser-  
tim cum alter ortus haud paulo honestior, ex lava-  
cro regenerationis & renovationis per Spiritum  
sanctum accederet, quo simul renata & in cælestem  
civitatem adscripta est. Honesto generi accessit  
conveniēns educatio: Quæ enim bene erat nata,  
in spem gaudii, à parentibus percipiendi, ut spei cō-  
venienter educaretur omnino necesse erat, Nec sa-  
ne spem parentū frustrata est bene educata filia, cum  
nō magis corpus *κάλλει καὶ μεγέθει* forma ac dignitate  
cresceret quā animus *σωφροσύνη καὶ φιλεργία* modestia  
ac in opere domestico diligentia ornaretur. Quarū  
virtutū licet messis in prima herba esset, satis tamen  
apparuit evidenter, quam olim segetem datura es-  
set. Hac ergo Virginis forma & virtute adductus,  
ex juventute primaria Vir honestissimus **Dr. Hans**  
**Schlörff**



Schlörff legitimis nuptiis eam sibi copulavit, ac  
domum rite casteq; duxit, Anno millesimo quin-  
gentesimo nonagesimo primo, & in conjugio pio,  
modesto ac tranquillo annos viginti unum cum ea  
transegit. Isto tot annorum spatio & cæterorum,  
quibus viduitatem colere coacta est, uti commo-  
dam habuit variamq; virtutis exercendæ materiã  
& occasionem, ita nullam neglexit, quin ageret,  
quod honestæ & modestæ conjugii, matronæ, vi-  
duæ conveniret. Non simplex tantum est virtus,  
*σωφροσύνη*, Temperantiam continet, modestiam, ca-  
stilitatem in vita conjugali, amorem erga maritum,  
&, quæ caput est, sive radicem dicere malimus Pie-  
tatem. Quam enim non dedita fuerit Intempe-  
rantia, morborum parenti & nutriculæ, testes ipsa  
producit annos quibus vixit sexaginta sex: produ-  
cit liberosternos reliquarum quoq; virtutum tes-  
tes, quorum natu primus in Juventute ex hac vita  
decessit: postremus Mitoviæ in Curlandia negoti-  
ari solidus, Rigæ in Livonia, vitæ finem invenit, an-  
te annos quasi sedecim, ætatis anno vigesimo se-  
cundo. Medius Dei gratia adhuc superstes JO A-  
CHIMUS Schlörff matris obitum desideratissi-  
ma, uti patet, dolet, una cum conjugæ dilectissi-  
ma MARGARETA Dn. JACOBI Beselin civis in  
hac Republ. primarii & spectabilis filia: producit  
nepotes neptesve sex, ex quibus tres etiam supersti-  
tes

tes reliquit, tres fato suo iunctos in cœlum præ-  
misit: producit maritum, qui Anno hujus seculi  
duodecimo ex hujus vitæ statione summi Impera-  
toris jussu decessit, & relictæ viduæ testimonium,  
earum, quas diximus, virtutum reliquit; Testem,  
deniq; producit ipsam viginti octo annorū, quos  
in viduo statu piè, temperanter, & sedulo transe-  
git, experientiam, qua suam erga Deum pietatem  
probavit assiduo ejus cultu, & fere nunquā, nisi for-  
tè per valetudinem infirmiore, intermisso verbi  
diyini auditu, sacrosanctæ Eucharistiæ usu, ut &  
nuper in morbo factū est, usu fideli repetito; pro-  
bavit eandem erga filium superstitem, & sorores  
duas, alteram ANNAM Reverendi & Clarissimi  
Viri Dn. D. PAULI TARNOVII p. m. Profess. in  
hac A ademia Theologi, Collegæ & amici nostri,  
dum viveret, colendi, alteram ELISABETHAM  
primarii Civis Dn. HENRICI Wendes relictas  
viduas: probavit eandem erga pauperes, quorum  
inopiam pro sua facultate sublevare solita; proba-  
vit erga ægrotantes, quos non solum visitare con-  
suevit, sed consilio & opera, indigentibus iisdem  
præsto fuit: ita ut φιλεργίαν quoq; ἀνευ ἀνελευθερίας à  
Philosopho requisitam, præter cæteras abunde præ-  
stiterit, studiosa laboris & benevolentia liberalis.  
Tandem vero pietatem in ipso etiam, quo defun-  
cta est, morbo, satis evidentè ostendit. Cum enim

proxima ætate plus semel corporis quasdam ægritudines percepisset, semper se paratam ostendit ad obediendum vocanti Deo: neq; in hoc postremo actu morbi alia fuit, quam esse debebat, quæ & piè vixit & beatè mori semper studuit: quod etiam assecuta est, cum quinto die hujus mensis, hora post meridiem quarta placidè in CHRISTO obdormiret, & Spiritum suum in Servatoris manus commendaret, anno ætatis sexto & sexagesimo. Comparare solemus vitam humanam rebus levissimis, fugacissimis, rarissimis, flori, bullæ, umbræ, somnio, aliis: & Patriarcha Jacobus interrogatus à Rege Ægyptio, quot annos haberet, respondit, centum ac viginti, hoc est, altero tanto plures quam hæc nostra vixit. Et quidem ita se res habet, similis est rerum nihili vita nostra: nam & flores citius decerpi potest, ac decerpta marcescit, & citius bulla rumpitur, & umbra fugacior est & somnio vanior: præsertim si ad annos primorum Patriarcharum oculos flectamus: si vero per se consideramus, aut ad consilium Dei respiciamus, fatendum est, vita longæva qui donantur, eos insigni dono & virtutis præmio ornari divinitus: præsertim si altera divinæ promissionis pars accedat, quæ consistit, in bene esse. Diximus annos natam fuisse hanc nostram beatè mortuam, sexaginta sex, qui diebus  
con-


constant vicies quater mille & nonaginta, Quos  
etsi judicet Solon ille Atheniensis ita comparatos  
esse, ut nullus ex iis cuiquam alteri ex toto numero  
sit similis: tamen singuli habent, non tam dolere  
quod possit homo pius, quam & gaudere, si justa  
lance singula expendantur. Et quid est, quod pre-  
cibus non privatis tantum, sed & publicis à DEO  
petimus vitam longævam, non facturi, nisi ipsius  
naturæ instinctus aliquid in ea situm, ostenderet,  
quod ad vivendum in hoc mundo nos invitaret.  
Quidni ergo gratias agant ex animo summas au-  
tori vitæ ac sospitatori DEO, qui munere tam ex-  
imio mastrati sunt? quidni sollicitè omnia, quæ ei  
minuendo aut corrumpendo sint, vitent? quidni  
id unice curent, ut isto DEI dono ad pietatem  
erga ipsum, ad caritatem erga proximum exer-  
cendam, ad bonam sibi conscientiam comparan-  
dam & conservandam rectè utantur? Quod cum  
hæc nostra piè defuncta per omnem vitam fecis-  
se videatur, nihil est, quod vel nos de ejus beatitu-  
dine dubitemus, vel filius ejusque uxor propter  
matris & socrus beatum obitū se adfligant, vel so-  
rores eadem de causa moereant. Vixit hanc vitam,  
feliciter, vivit nunc alteram beatè, gratulationem  
sibi postulat, non miserationem. Nos quoque,  
Cives Academici, faciamus quod nostri officii esse  
agnosci-

agnoscimus, & matronæ honestissimæ exequias  
frequentia nostra ornemus. Eadem opera quis-  
que suam incolumitatem Deo commendabit,  
camq; ut & Provinciam, Academiam, Urbem sub  
umbra alarum suarum fovere ac defendere pergat  
nobis cum ex animo precabitur, P. P. Rostochii  
sub sigillo Rectoratus die 9. Januar. 1639.

Conventus fiet in templo S. Mariæ ad ho-  
ram primam pomeridianam.













tes reliquit, tres fato suo iunctos in  
 misit: producit maritum, qui Anno  
 duodecimo ex hujus vitæ statione su  
 toris jussu decessit, & relictæ viduæ te  
 earum, quas diximus, virtutum reliqu  
 deniq; producit ipsam viginti octo an  
 in viduo statu piè, temperanter, & s  
 git, experientiam, qua suam erga De  
 probavit assiduo ejus cultu, & fere nun  
 tè per valetudinem infirmiore, int  
 divini auditu, sacrosanctæ Eucharist  
 nuper in morbo factū est, usu fidei re  
 bavit eandem erga filium superstite  
 duas, alteram ANNA M Reverendi  
 Viri Dn. D. PAULI TARNOVII p. r  
 hac Academia Theologi, Collegæ &  
 dum viveret, colendi, alteram ELIS  
 primarii Civis Dn. HENRICI We  
 viduas: probavit eandem erga paup  
 inopiam pro sua facultate sublevare  
 vit erga ægrotantes, quos non solum  
 suevit, sed consilio & opera, indigen  
 præsto fuit: ita ut *φιλαργίας* quoq; æ  
 Philosopho requisitam, præter cæte  
 stiterit, studiosa laboris & benevole  
 Tandem vero pietatem in ipso etiam  
 cta est, morbo, satis evidenter ostendi

P 3

